




ARISTOTELIS

PHYSICA







BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA

Serie: A

Nº: 46

NUMERO: 714

A

2

17

18

19

20

21

22

23

24

ARISTOTELIS
LIBRI PHYSI-

GORVM,

IOACHIMO PERIONIO

interprete, operaq; Nicolaij Grou-

chij correcti & emen-
dati,

QVORVM ORDINEM VER-

sa pagina indicabit.



LVGDVNI,

Apud Antonium Vincentium.

M. D. L. VI.

BIBLIOTECA DE LA
FAVULTAD DE LETRAS
— DM —
GRANADA

621
38


ARISTOTELIS
LIBRI PHYSICI

FORVM

IOACHIMO PERONIO

Interpres, opusq; Nihil Græcè

De Natura seu de rerum principijs	Lib. VIII.	Fol. 7.
De Cælo	lib. II II.	220.
De Mundo	lib. I.	338
De Ortū & interitū	lib. II.	368
Meteorologicorum	lib. II II.	430
De Animo	lib. III.	558
Quibus adiecit ea quæ parua Naturalia uocantur		643.



LA D D V I

Amplius Viminium A. Luq. A.

M. D. C. C. C.

for
sua
feru
dio,
ita
rim
clar
ctur
pte
indu
mul
opt
huiu
spe
preh
culp
quæ
pert
nion
quod
puta
deno

GVLIELMVS

VERENTEVS

RECTORI S. D.



7.
10.
338
363
410
538
643.

Si non erat optandū Nicolao Grou-
chio, in iis quæ ex Aristotele, partim
ipse Latina fecit, partim ab aliis edi-
ta, meliora reddidit: quo minus eam
sortem subiret, quæ omnibus est proposita, qui
suam industriam in communem utilitatem con-
ferunt: ut de ea, non tam ex ipsorum iuuandi stu-
dio, quàm ex cuiusque arbitrio iudicetur: tamen
ita illi successisse uideo, in re difficillima, pulcher-
rimaque, ut antea actæ vitæ, laborumque omnium,
clarissimo, ornatissimoq; doctorum iudicio, fru-
ctum amplissimum sit consecutus. Quod, & si pro-
pter singularem ipsius in eo genere facultatem, &
industriam, non me fefellit: tamen hoc affirmo,
multo plus eum esse cōsecutum, quàm ausus esset
optare: hoc præsertim tēpore, quo præclare cum
huiusmodi hominibus agitur, si pro collata in
spem utilitatis publicæ opera, non magnam re-
prehensionem ferant. Non tam fortasse ipsorum
culpa, quàm uel iudicio, uel studio eorum, qui,
quæ alij recte scripserunt, ad suam sententiam
pertrahere conātur potius, quàm ad ea suam opi-
nionem accommodare sustinent. Quo fit, ut, dum
quod quisque rectum esse senserit, retinendum
putat: quæ ab aliis aliter dicta fuerint, reprehē-
denda censeat. Hoc plerique in inuidiam homi-

num

num referendum putât: ego uero ab optimo animo, & in literas egregie affecto, proficisci iudico: quam ampliudini cum omnes studeant, nec natura patiatur ut idem sentiant, multæ opinionum diuersitates, atque adeo animorum contentiones, etiam inter bonos, & amicitia coniunctos exoriuntur. Quod si (quemadmodum à moderatis uiris fieri solet) citra contumeliam fiat, sed intra humanitatis, moderationisq; terminos constitit: tantum abest ut reprehendendum putem, ut magnopere probem, & maxime retinendum censeam: sic enim fit, ut & ingenia hominum ad inuestigationem rerum magnarum excitentur: & mutuis doctorû altercationibus, quæ prius ignorantis latebris obuoluta latebat, in apertissimû cognitionis campum ueritas euocetur. Sed hoc ineptum, atque iniquum esse censeo: quod nonnulli, qui in alienis emendandis, & reprehendis assidue uersantur, & omnem pene operam ponunt: ita deinde sua commendant, & prædicant, ut tanquam ex tripode nata, uel potius è cælo delapsa, ab omnibus accipi uelint: & qui de illis aliter, quàm ipsi, sentiant, literarum rudes, ac mentis expertes iudicent. Quorû nescio an arrogantiam, an stultitiam magis mirer: arrogantiam quidem, si nihil, nisi quod ipsi fecerint, rectum putant: stultitiam uero, qui non animaduertunt, quid de nobis sentiendum sit, non tam in nostra per suasionem, quàm in communi omnium iudicio esse positum: nec cogitent se ea acerbitate reprehensionis iniquissimæ, tanquam præiudicio quodam, quid de
ipsis